

02 H 577









35

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
De  
**PHILANTHROPO,**

vulgò  
von  
**Mäcker=Belde /**

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
MARCHIONE BRANDENBURGICO, ET ELE-  
CTORATVS HEREDE, AC RELIQA.

*EX DECRETO ET AUTORITATE INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ,  
PRAESIDE*

**DN. HENRICO BODINO,**  
SERENISS. ET POTENTISS. ELECT. BRANDENB.  
CONSIL. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS  
ORD. p. t. PRO-RECTORE MAGNIFICO, ET FACULT. JURID. DECANO.

*PATRONO AC PROMOTORE SUO DEVENERANDO.*

**PRO LICENTIA**

**Summos in Jure honores & Privilegia  
consequendi.**

d. Octobr. MDCXCIX. horis ante & pomeridianis.

*Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit*

**JOHANN. FRIDERIC. Meyer /**  
Dresdensis.

---

Halæ Magdeburgicæ, Typis Christiani Henckelii, Acad. Typ.









CAP. I.

De Definitione tam nominali quam reali, & divisione.

Thes. I.



**D**E Philanthropo acturi, meritò ad exemplum Jctorum in l. 1. ff. de Just. & Jur. & l. 1. §. 1. ff. de pact. de definitione nominali quædam sunt præmittenda, certa ratione persuasi, quod talia plerumque rei naturam exhibeant ac demonstrent, arg. l. 180. §. 1. l. 99. §. 2. ff. de

verb. signif. Jacob Cujac. lib. XI. observ. Cap. 18. Derivatur autem vox Philanthropi è græca voce φίλος, amicus, & άνθρωπος homo, ut quasi conciliator hominum dicatur. Neque existimandum; vocem Philanthropi, esse scriptam per synæresin pro Philanthropii, quando quidè recto casu Philanthropon Græci dixerunt, ut in Glossa legimus; Salarium sive Salarium; στρατιωτικὸν Φιλάνθρωπον.

Definitio Philanthropi nominalis.

Th. II.

Accipitur Philanthropum vel generaliter pro omni eo, quod quis pro mediatione exhibet, vel specialiter quod proprio nomine in emtionibus venditionibus, aliisque commerciis vel sponsalibus, adhibetur. l. 2. §. ff. de pro-

Philanthropi Acceptio.





*xenet: l. f. C. de sponsal. & proxenet. Jacob Cujacius lib. XI. observat. cap. 18.*

Th. III.

*Ejus varia  
nomina vi-  
caria.*

Habet autem Philanthropi vocula varia adhuc nomina vicaria, vocatur enim (1.) Philanthrophum in *l. 2. ff. de proxenet.* ubi Eckoldt. §. 1. (2.) Proxeneticum, à græco verbo *προξενέω*, quod latinis est concilio, Wesenb. in *paratit. ff. de proxenet.* n. 2. Eckolt. *ad dict. tit. ff. de proxenet.* §. 1. (3.) Præmium (4.) Honorarium *l. 3. ff. de proxenet.* (5.) Interpretitium quod est *παράλληλον* ut interpondium (6.) æs pararium Cujac. *dict. loc. Just. Meier in Colleg. Jur. Argent. tit. ff. de proxenet. thes. 3. n. 4. p. m. 891.* nobis germanis dicitur *Mäckler-Geld / Verehrung / Discretion*, vulgò *Koppel-Peltz.*

Th. IV.

*Definitio  
Philanthro-  
pi realis.*

Præmissa definitione nominali, ex mente Jcti Celsi in *l. 17. ff. de LL.* ad realem nunc transitum facimus. Describimus autem Philanthropum, quod sit res aliqua, quæ in componendis negotiis præmii loco interpretibus & parariis debetur. Jacob. Cujac. *Lib. XI. observat. cap. 18.* vel: Est remuneratio quædam operulæ, in aliquo negotio, conciliando adhibitæ *l. f. ff. de proxenet:* dum quidam operam suam impendunt in quærendis & faciendis aliorum nominibus. Just. Meier in *C. J. A. tit. ff. de proxenet. thes. 1.*

*Alia defi-  
nitio.*

Th. V.

*Ejus divisio  
prima à di-  
verso  
Objecto.*

Dividitur 1.) a diverso objecto variè. Est enim Philanthropum vel commerciorum, quod in componendis commerciis, conciliatoribus debetur. *l. 3. de proxenet.* vel sponsaliorum, quod mediatoribus sponsaliorum penditur. *l. f. C. de sponsal. & proxenet.* vel Reconciliationis, si quid in conciliandis hominibus pro opera utiliter datur. *d. l. 3.* vel Assessorum, Wesenb. in *paratit. ff. de Assessor.*  
Præ-



Prætereà quod sit vel certi, si certum debetur, vel in certi, si incertum fuit promissum. *pr. 7. de verb. obligat.* Porro dividitur Philanthropum à forma accidentali in proxeneticum purum, quod absque die & conditione, & non purum, quod sub certo eventu & conditione, nec non die promittitur *arg. §. 3. 4. 5. 7. de V. O.*

*Secunda divisio à forma accidentali.*

## CAP. II.

# De Causis Philanthropum constituentibus,

### Th. I.

**C**AUSA efficiens hujus Philanthropi est vel remota vel proxima. Illa est Jus ipsum, quod de Philanthropo disponit, quo referri potest tam Jus Gent. cum Philanthropum versetur circa mercaturas & matrimonia, hinc haud malè ad Jus Gent. trahitur, *arg. §. 2. 7. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* & ex eo fonte originem accipit, ut ex nuptiis Isaci & Rebecca apparet *Genes. 24. Selden. de J. N. G. & C. lib. 5. Cypræus de Sponsal. cap. 9. §. 14. n. 1.* quàm Jus Civile. Præcipuè autem occurrit de hac materia *in l. 2. ff. de proxenet. ibi: Si aliquid philanthropi nomine acceperit, & in l. f. c. de sponsal. & proxenet. ibi: non ultra vicesimam partem dotis & ante nuptias donationis exigat.* Auctoritatem qui desiderat, potest evolvere acutum accuratumque Jus Jacobum Cujacium *lib. XI. observ. cap. 18. & Just. Meierum ad tit. ff. de proxenet: Antonium Perez & Brunn. ad tit. c. de sponsal. & proxenet: Brunn. Wesenbec. Hahn. ad tit. ff. de proxenet: jung. Card. Tusch. in obs. practic. verb. proxeneta Benevenut. Straccham Tract. de proxenet. ubi plura de hac materia legi possunt.*

*Causa efficiens remota Philanthropi*

### Th. II.

Sequitur in ordine causa efficiens propinqua, quæ ipsum

*Causa efficiens propinqua*



*pinqua Philanthropi.*

ipsum philanthropum constituit, & pro diversitate negotii potest esse vel unus, vel duo, qui in philanthropo intercedunt. Just. Meier. *d. l. de proxenet. thes. 6. in fin.* occurrunt autem hoc loco non solum concilians, sed & ille, cujus negotium geritur. Illi vero rectè Philanthropum constituunt, qui contrahere possunt, nec naturà arcentur, uti infantes, *l. 1. §. 13. ff. de O. & A. §. 9. f. de inutil. stipulat. furiosi & mente capti l. 2. §. 4. ff. de jur. Codicill. l. 5. l. 40. ff. de Reg. Jur.* nec lege excluduntur, uti sunt minores 25. annis *l. 3. ff. de in integr. restit.* similiter servi, qui ex conventionem civiliter haud obligantur *l. 22. ff. de R. f. l. 12. §. 1. ff. de pact. l. 14. ff. de obl. & act. Lauterb. ad tit. ff. de pact. vers. celebrant, in fin.* Et quamvis fœmina de Jure Civ. omnem contractum peragere, & sic etiam Philanthropum promittere possit, jure tamen Saxon. fœminis vix hoc conceditur, nisi curatorem ad Litem in simul adhibeant. *Landr. lib. 1. art. 46. Chur-S. Proc. Ordn. tit. 8. Carpz. P. 2. Const. 15. Def. 1. & in Tract. de singul. fœm. Jur. Decad. 3.*

*Concilians qui & quomodo vocentur.*

Ab altera parte qui aliorum negotiis interveniunt, tanquam concilians vel conciliatores, Proxenetæ vocantur. *tot. tit. d. Proxen.* ibique Dd. Talis appellatur alias Mediator *Nov. 90. cap. 8. Nov. 123. cap. 2. §. 1. Pararius, Senec. d. benef. c. 2. & c. 22. lib. 3. Jacob Cujac. Lib. XI. observat. cap. 18. Interpres, l. 3. ff. de proxenet. l. 1. §. f. ff. de Verb. Oblig. Interventor & Conciliator l. f. Cod. de sponsal. Internuncius, Cyprius d. l. Amicus l. 21. ff. de usur. Censorius Meier, a. 6. quandoque & in sexu sequiori Proxenetria occurrit, quod conciliatricem significat, Meier *cit. loc.* ut & Promnestria, Benevenut. *Stracch. de proxenet. P. 1. n. 19.**

*Proxenetæ descriptio.*

Th. III.  
Th. IV.  
Describitur autem Proxenetæ, quod sit Mediator, qui in



in negotiis honestis & licitis conciliandis, duobus vel pluribus ministerium, vel cum, vel sine honorario accommodat, & operula sua defungitur *l. 2. § 3. ff. de proxenet.* Stracch. *de proxenet. P. 1. n. 2. in f.* Sunt autem varii *Eorum varium genus.* generis proxenetæ, aut enim sunt gratuiti, qui gratis operam præstant, Meier *ad tit. ff. de proxenet. th. 5. n. 1.* quò etiam referendus casus in *l. 10. §. 7. ff. mand. it. §. 1. Inst. de emt. vend. cum simil.* & nostræ materiæ vix accommodantur, vel non gratuiti, quibus Philanthropum promissum est, *d. l. 2. vid. Straccha de proxenet. P. 1. n. 26. Meyer d. l. th. 3.* qui propriè proxenetæ vocantur; Et hi rursus sunt vel publici, qui à Magistratu sunt approbati, alboque publico inserti, qui insimul juramentum præstiterunt, & ex fide negotia gesturos esse promittunt. Strach. *in Tract. de proxenet. P. 2. num. 9. P. 4. num. 33.* vel privati, qui non ita constituuntur, sed spontè officium susceperunt. Meier *d. l. th. 5.*

#### Th. V.

Possunt autem omnes esse proxenetæ, qui ministerium & operas in perficiendis negotiis præstare possunt, & regulariter nemo ab hoc officio arcetur, cum sit ex genere permissorum. Just. Meier, *in Colleg. Jur. Argent. de proxenet. th. 7.* nisi natura vel lex sit impedimento. Natura arcetur, qui non habent consensum, de quibus *Qui prohibentur,* suprâ ad *th. 2. cap. 2.* diximus, Lege excluduntur, vel ob dignitatem, uti Nobiles, arg. *l. 3. Cod. de commerc. Palatini, arg. l. un. C. de rescind. vendit. Præsides Provinciæ l. un. de contrar. Judic. tutel. l. 33. ff. de reb. credit. vel ob militiam, ne avocentur ab eadem aliis negotiis sese immiscendo, arg. l. 31. C. de locat. § l. un. C. negotiator. ne milit.* Hi enim omnes Philanthropum accipere, & officium Proxenetarum sustinere vix poterunt, quoniam illud admodum vile videtur, quod tamen quoad priores limitatur, si ve-  
line



lint conciliatores & mediatores nuptiarum & Assessoræ esse *l. 3. ff. de proxenet*, non enim his sordidum aliquid aut vilis opera subest, in reliquis verò si certus aliquis numerus proxenatarum in aliqua Republ. reperiatur, uti sæpè contingit in Emporiis celebrioribus, alii omnes ab hoc negotio arcentur *Straccha de proxenet. P. l. n. 9.*

#### Th. VI.

*Proxenetæ in uno negotio potest esse unus, possunt quoque esse plures.* Possunt autem in uno negotio adhiberi non solum unus, sed etiam plures, cum nihil impediatur, quo minus tales quærantur, propter negotii gravitatem, vel utilitatem, Meier ad *tit. ff. de proxenet th. 7.* Sed quid de iis, quibus propria bonorum administratio non competit e. gr. pupilli? Hos tamen admittendos esse existimo, si verò imperitè in negotio versati fuerint, sibi imputare debent, qui eos adhibuerunt. *arg. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dixer.*

#### Th. VII.

*Causa sine qua non constituendi philanthropum, quis?* Causam sine qua non, seu *προκαταρκτικήν* præbent illi, qui occasionem philanthropum constituendi dederunt, licet non ipsi principaliter cum proxenetis contraxerint, quales sunt reliqui, quorum negotium conciliandum tractatur. v. gr. in matrimonialibus sponsa, quam aliquis desiderat in connubium, & ob id philanthropi nomine Parario quid promittit. *arg. l. 2. ff. de proxenet. l. f. C. de sponsal.*

#### CAP. III.

### De Objecto Philanthropi.

#### Thes. I.

*Objectum seu Materia philanthropi sunt, vel res* Consideratis causis, nunc de Objecto circa quod versetur illud, admonendi sumus, & sunt vel res, vel facta, quæ philanthropi nomine proxenetis deberi possunt.



sunt. Circa res consideranda venit illarum qualitas & ubi consideranda venit  
quantitas; ratione qualitatibus, requiritur, ut sint in com-  
mercio, arg. l. 83. §. 5. ff. de verb. oblig. & in rerum natura (1) rerum  
§. 1. ff. de inutil. stipulat. Excluduntur ergo res, quæ com-  
mercio exemptæ, nec existunt, arg. l. 34. §. 1. ff. de contrab.  
empt. nam licet ejusmodi res de facto promittatur, tamen  
inutilis erit promissio. d. §. 1. ff. de inutil. stipulat. Interim  
res, quæ licet non extent, sed tamen certè sperantur, uti  
sunt fructus nascituri, omninò promitti possunt. arg. l. 83.  
§. 5. ff. de verb. oblig. Joh. Schneidewin. ad dict. tit. Instit. de  
inutil. stipul. in rubr. n. 4. Illud tamen parum refert, an res  
sint corporales, an incorporales, mobiles, an immobiles,  
arg. princ. Instit. de inutil. stipul. §. 1. Inst. de usufr. neque sim-  
pliciter excipimus res alienas, eæ enim in philanthro-  
pum datæ, si evictæ fuerint, is qui dedit, ad evictionem  
præstandam tenetur. Quemadmodum enim evictio  
præstanda venit in donatione remuneratoria arg. l. 34. §. 1.  
l. 27. ff. de donat. Carpz. Part. 2. Const. 34. Def. 24. ita & in no-  
stra materia ejus ratio erit habenda, quia philanthropum  
non exhibetur ex mera liberalitate, sed potius remune-  
randi ergo, vid. l. 62. ff. de edilit. edict. l. 18. §. f. ff. de donat.  
Georg. Franzk. ad tit. ff. de evict. n. 50. seqq.

### Th. II.

Quantitatem philanthropi quod attinet, certa & de-  
terminata non est, sed in arbitrio paciscentium sæpè con-  
sistit, quod tamen limitatur in præmiis eorum, quæ pro  
sponsalibus sunt promissæ, ubi ultra vicesimam dotis vel  
donationis propter nuptias partem pararius sibi stipulari  
nequit, & si de facto fiat, non procedit, licet minus acci-  
pere valeat, l. f. C. de sponsal. & proxenet. Itaque si fuerit  
dos 200. librarum auri, 10. similiter si 300, 15. præmii lo-  
co proxeneta sibi cavere poterit, ad hoc, ut actionem pro-  
inde movere queat; at si plus ille acceperit, id cogitur  
B resti-

(2) Quan-  
titas.

Quæ &  
qualis in  
sponsalibus?



Quid si  
quantitas  
neque lege  
neque con-  
ventione  
fuerit de-  
terminata?

Vel facta  
quæ esse de-  
bent

(1) Possibi-  
lia.

(2) Honestæ.

(3) Propria  
non aliena.

Limitatio.

restituere per conditionem indebiti, quæ heredi & contra hæredem competit, & insimul luit pœnam 10. librarum auri, *d. l. f. Anton. Perez. ad d. tit. C. de sponsal. & proxenet. n. 20.* Cæterum si neque lege neque conventionem philanthropi quantitas fuerit determinata, eadem determinanda est à iudice, pro modo negotii & proxenatarum qualitate, eorumque facundia, *arg. l. 1. § 10. ff. de extraord. cognit.* si verò partes de eo quidem convenerint, sed supra modum philanthropum sit constitutum, illud boni viri arbitrio debet taxari & moderari, *Dn. Joh. Brunnem. ad l. 2. ff. de proxenet. Th. III.*

Supra in *Thes. I. hujus cap. 3.* dictum, quod non solum res, sed etiam facta philanthropi nomine veniant; de rebus hæctenus, de factis adhuc dicendum restat, de quibus constat, quod esse debeant (1) possibilia, impossibilium enim sicuti nulla obligatio, *l. 182. l. 185. ff. de R. J.* ita nec eorum est valida promissio. *l. 31. ff. de O. & A.* (2) Honestæ, quæ enim bonis moribus adversantur, eorum promissio interdicta est. *l. 15. ff. de condit. instit. §. 23. J. de inut. stipulat. l. 35. §. 1. l. 61. ff. de V. O.* (3) Sint facta propria, non alterius, *§. 3. J. de inutil. stipulat.* de se enim quemque promittere oportet, *l. 83. pr. ff. de V. O.* & obligationes, nisi ex propria persona initium habeant, inanem actum producunt, *l. 11. ff. de O. & A.* in tantum, ut neque ipse promittens, neque alius inde obligetur. *d. §. 3.* Non ipse, quia nihil promisit, voluntas enim est radix & substantia actuum moralium, sine qua nulla eorum est subsistentia. *Vinn. ad d. §. 3.* Non alius, quia nemo potest alterius conditionem sua promissione facere deteriore, *arg. l. 3. C. ne ux. pro marit. & tot. tit. C. ne fil. pro patr.* quod tamen limitatur, si promissio facti alieni proprium simul factum implicet, v. g. si dicat sponsor, se effecturum esse, ut alius faciat, quo ipso omnino tenetur, *d. §. 3. J. de inut. stipul.* quo tamen casu ex

com-



communi Dd. calculo liberatur ille, si omnem diligentiam adhibuerit, quamvis nihil profecerit. Vinn. *ad d. §. 3. n. 2.* nisi simul dixerit, rem suo periculo fore, si alter non fecerit, tunc enim promissor præcisè obligatur, licet non ad factum, benè tamen ad interesse, *l. f. §. de V. O. & quoniam difficilis est ejus probatio, quanti cujusque interfit, sæpè ad modicam summam reducitur. l. fin ff. de stipulat. Pretor. Hinc cautelæ nomine est, pœnam hoc in casu stipulari. §. 19. §. de inut. stipulat. Vinn. ad §. 20. §. dict. tit.*

Th. IV.

Ad Objectum philanthropi omnia negotia tã ad mercaturam pertinentia quam ad alia adhuc referri possunt. *l. 3. ff. de proxenet. l. f. C. eod.* Non enim tantum in emtionibus & venditionibus, commerciis, cambiis, aliisque contractibus licitis, verùm etiam in sponsalibus, amicitiiis conciliandis, atque interveniendis Assessoribus, philanthropum dari potest. *l. 2. & 3. ff. l. f. C. de proxenet.* Similiter intercedit proxeneticum propter interpretationem aliarum lingvarum, quando quis extra, vel in judicio vel coram commissariis, testium, aliorumque, alia quam vernacula lingua utentium, dicta interpretari debet. Dn. Brunn, *ad l. 1. ff. de proxenet. n. 2. p. 720.* Præcipuè verò in negotiis ad mercaturam spectantibus, sicuti olim, ita & hodiè Interpretitium occurrere solet, in magnis verò & celebrioribus Europæ Emporiis non unicuique hoc accipere liberum est, sed certis tantummodo personis sub certo & præscripto modo ac forma hoc permittitur. Just. Meier, *in C. J. A. th. 8. in fin.*

Ad Objectum

Philanthropi omnia negotia referri possunt.

Th. V.

Licet etiam in sponsalibus dubium aliquod emergat, num philanthropum constitui queat, cum in hoc casu proxenetica ex numero sordidorum & prohibitorum censeantur, *l. f. C. de sponsal. & proxenet.* & hoc non sine

An in sponsalibus philanthropum constitui queat?



*Ratio dubi-  
tandi.*

*Ratio deci-  
dendi.*

*Prajudici-  
um Dn.  
Scabb. Lipsf.*

ratione, cum quilibet ex officio ad id naturaliter sit obli-  
gatus, ideoque inhonestum dicatur, eo nomine aliquid  
accipere, etiamsi uxoris condignæ nuptias conciliave-  
rit. *Christin. Volum. 3. Decis. Cur. Belg. tit. 2. Decis. 124. &  
ad l. 5. C. de sponsal. n. 49. & seqq.* Attamen hoc saltem pro-  
cedit, si turpis lucri ergò, & non ob finem matrimonii  
hocce contingat, quam ob rem non simpliciter, sed se-  
cundum quid philanthropi promissio ex numero pro-  
hibitorum habetur. *Cujac. lib. XI. Obs. cap. 18. Perez.  
ad dict. tit. de sponsal. & proxenet. n. 20. & seqq.* Quare, si  
Iavolenus promississet Sempronio philanthropum pro-  
pter speratum & conciliandum matrimonium cum  
Mevia Caij vidua, Iavolenus autem, impetrata conjuge,  
promissum denegaret, ac si Sempronius nihil ad imple-  
visset, proxeneta novum maritum rectè convenit de  
philanthropo, ita, ut & ad probandum illud, juramenti  
delatio locum habeat; unde rectè Dni. Scabb. Lipsf.  
Mens. Febr. 1691. sequentem in modum pronuncia-  
runt: Diemeil Befl. auff die erhobene Klage geantwortet/  
und solcher nicht allenthalben geständig/ so ist dessen principal  
über das jenige/ so er verneinet/ sein Gewissen/ Wissenschaft  
und Wohlbewust/ dahin es ihn auf diesen Fall gestellet/nach  
vorgehenden Krs. End vor Befehrd zu eröffnen schuldig;  
Er wollte denn daselbe mit Beweis vertreten/ oder/ soviel die  
facta aliena betrifft/ den Haupt/End referiren / damit würde  
Er in gehöriger Frist billig zugelassen/ ferner darauff zu besche-  
hen/was recht ist. B. R. W. Ex eo apparet, etiam in spon-  
salibus, philanthropi promissionem esse ex genere per-  
missorum. *l. f. C. de sponsal. quemadmodum & in simili  
casu præfati Dni. Scabb. Lipsf. novissime responderunt:  
daß Befl. seines vorwendens ungeacht auf die erhobene Klage  
sub pœna confessi & convicti sich einzulassen/ zu antworten/  
und den Krieg Rechtens zubefestigen schuldig. B. R. W.*

Th. VI.



## Th. VI.

Dantur tamen quædam negotia, ubi philanthropi nomine vix aliquid exigi potest, uti contingit in mediatore sacerdotii, *Novell. 123. cap. 2. §. 1.* ibi enim, clericus siquid eo nomine acceperit, in simplo, laicus verò in duplo ecclesiæ restituere tenetur. *d. §. 1.* ita etiam parentes & tutores pro conciliandis filiarum & pupillarum sponsalibus nihil exigere possunt, *Perez ad tit. C. de sponsal. n. fin.* & datum, repetitur conditione ob turpem causam, cum ultrò & ex officio teneantur filias & pupillas etiam dignissimis viris elocare. *Perez ad. d. l. Meier ad tit. ff. de proxenet. thes. 10.*

## CAP. IV.

### De Forma,

#### Th. I.

Forma philanthropi alia est generica, alia specifica. Ad illam refero consensum, tam etiam ejus, cujus negotium geritur, & mox inter presentes, mox inter absentes per epistolam & nuncium indicatur. *arg. l. fin. C. de sponsal. l. 1. §. fin. l. 2. & seqq. ff. de procurat.* Aliquando tamen proxeneticum certa formâ & taxâ constituitur, prout in quibusdam Emporiis moris est. *Straccha de proxenet. P. 2. n. 9. & P. 4. n. 33.*

#### Th. II.

Forma specifica philanthropi consistit in operularum commendatione & præstiti muneris aliqua remuneratione, *Jacob Cujac. lib. XI. Obs. c. 18.* & sic differt (1) à mercede, quod illa locationem præsupponat, & præcisè (a) in pecunia, (β) numerata debeat, *l. 1. §. 9. ff. de pos. §. 2. f. de locat. nec obstat l. 21. C. de locat.* quippe quæ de contractu innominato loqui videtur, *Tabor. in Disput. de Admod. secus est in philanthropo, quod in omni re, imò*



& factò consistere potest, quemadmodum suprâ in *thes.*  
*1. cap. hujus, diximus.* (2.) Differt à donatione, donatio  
 enim nullas præsupponit in donatario operas, sed ex  
 mera liberalitate provenit, *l. 29. ff. de donat. philanthro-*  
*pha verò proxenatarum, nisi pro operulis, nulla sunt.*  
 (3.) Ab honorarijs Ad- *arg. l. 1. §. 10. ff. de extraort. cognit.* (3.) Ab honorarijs Ad-  
 vocatorum, Judicum, Professorum, Ministrorum Ec-  
 clesiæ, nec non Præceptorum, Medicorum, & Oeconomo-  
 rum, quæ propter artem liberalem nullo pretio ta-  
 xandam communicantur, *l. 6. & 9. C. de Profess. & Medic.*  
 & etiam si effectus secutus non fuerit, rectè exiguntur.  
 vid. Cujac. *d. loc.* Hinc putarem, si Advocatus vivus  
 acceperit salarium integrum, antè causam finitam ve-  
 rò moriatur, neutiquam illud restitui debere ab ejus  
 heredibus, *l. 1. §. 13. ff. de var. extraord. cognit.* secùs vide-  
 tur in philanthropo, ubi enim, causa non secuta, proxe-  
 neta vix illud exigere valebit, *l. 52. ff. de condict. indeb. l. 1.*  
*§. 1. l. 7. ff. de condict. caus. dat. causa non secut.* licet enim  
 proxeneta nudum præstet ministerium negotiis; intrin-  
 secum tamen & substantiale est, ut ita se gerat, ne re-  
 prehendi queat, cum potissimum in eum finem adhibe-  
 atur, ut negotiis bonum exitum imponat. Beneven.  
 Straccha *de proxenet. P. 1. n. 8. & 9.*

Th. III.

*Aliquando proxeneticum, licet de eo non sit conventum, exigì potest.*

Licet enim in negotiis conciliandis sæpè nullum pro-  
 mittatur proxeneticum, tamen, si conditio personæ  
 hocce svadeat, illud exigere fas est, nam si de proxene-  
 tico non conventum, ad implorationem officii Judicis  
 illud determinandum dicitur. *l. 1. ff. de proxenet. ubi B. Dn.*  
*Brunn.*

Th. IV.

*Forma Philanthropi accidentalis*

Ad formam accidentalem referri potest, quod phi-  
 lanthropum constituatur vel purè absque die & condi-  
 tio-



tionem, arg. §. 4. *J. de V. O.* vel non pure, (1) sub conditione *Quomodo*  
*d. §. 4.* hæc autem si possibilis est, expectanda, donec exi- *constituatur*  
stat, arg. *l. un. §. 7. ff. de caduc. toll.* Lauterb. *ad tit. ff. de pact.*  
*vers. accidentalia.* (2) sub die vel expresso vel tacito. §. 3. *J.*  
*de verb. obligat. l. 56. §. 4. ff. eod. l. 44. ff. de O. & A.* (3) sub modo,  
qui intelligitur per particulam *ut, l. 17. §. f. ff. de condit. &*  
hæc non suspendit philanthropum, arg. *l. 41. ff. de contrah.*  
*empt.* si tamen modus non adimpleatur, resolvitur ne-  
gotium, quasi non secutum, arg. *l. 1. C. de donat. qua sub mod.*  
repetiturque, si datum est, conditione. *d. l. 1. Rimer. de con-*  
*tract. cap. 7. §. 36. n. 37.* Lauterb. *ad tit. ff. de pact. in fin.*

### CAP. V.

## De Fine & Effectu.

### Th. I.

**F**inis est diversi generis, alius enim exerit se in contra- *Finis Phi-*  
hentibus, & tendit eò, ut negotium eò facilius ad per- *lantropi*  
fectionem perveniat, vel citius contrahentem invenire *est diversi*  
queat, alius occurrit in proxeneta, ut proxeneticum ac- *generis, alius*  
cipiat, & lucrum pro opera sua aliquod capiat; quando *enim exerit*  
autem gratis operulæ intercedunt, finis tendit ad studi- *se in contra-*  
um adjuvandi homines promovendique eorum nego- *hentibus,*  
tia. *alius in*  
*Proxenetis.*

### Th. II.

Effectus Philanthropi est diversus, alius enim exerit *Effectus*  
se in promisso, alius in soluto eo. Promissio obligationem *Philanthro-*  
producit tam respectu promittentis, quam respectu pro- *pi diversus,*  
xenetæ, tum respectu tertii. Quod promittentem atti- *alius pro-*  
net, obligatur is ad ejus præstationem, cum proxenetica *missi.*  
jure licito petantur, *l. 1. ff. de proxenet. modò proxenetæ b.*  
*f. in negotiis versati fuerint, Just. Meier. ad tit. ff. de proxe-*  
*net. thes. 18. &*, si philanthropum determinatum fuit, sic  
juxta conventionem promittens obstringitur, arg. *l. 1. §. 6.*  
*ff. de-*



*ff. depos.* quādo verò nihil determinatum est, tunc vel ex moribus, vel ex boni viri arbitrio proxeneticum pendendum venit. *arg. l. 1. ff. de proxenet.*

Th. III.

*An promittens philanthropum obligetur, tertio, licet proxeneta fines mandati excesserit? Et respondetur affirmative, additâ in simul ratione.*

Obligatur prætereà promittens tertio, cum quo contractus intercedit, licet proxeneta fines mandati excesserit, quamvis enim aliàs mandans hoc in casu non cum effectu obstringatur, *§. 8. J. mandat. l. 12. C. eod. l. 5. ff. d. t.* hoc tamen secus est, qui proxenetam mittit, ille enim, qui cum eo contraxit, non proxenetæ sed mittentis fidem secutus videtur, qui inde etiam factum ipsius præstare obstrictus est. *arg. l. 2. ff. de proxenet. l. 5. §. 9. ff. de instit. action.* Hinc si aliquando proxeneta accepisset Instrumentum debiti de 800. thaleris, ut id pignori obliget, accipiatque 40 thaleros mutuò, proxeneta verò accipit 90, committens obligatur tertio ad exsolvendos 90. thaleros, non obstante eo, quod proxeneta fines mandati excesserit, nam qui proxenetæ operâ utitur, factum ejus præstare tenetur, cum sit in culpa, quod mores illius non ritè exploraverit. *Joh. Philipp. lib. 3. Eccl. 86. n. 9. & seqq. Dn. Brunn, ad l. 2. ff. de proxenet. n. 1. & 3. Cz. P. 2. Decis. 130. & ita Dni. Scabb. Lips. Mens. Octobr. 1647. ad requisitionem Tobiaë Singers zu Freyberg pronunciarunt: Hat Titius der Sempronix einer öffentlichen Mäcklerin oder Drödel-Frau/ welche manchmal Gold und Silber großen Werths andern Leuthen/ jedoch ohne Benennung des Debitoris zu versehen pfleget/ eine Schuld Verschreibung über 800 fl. so auf ihn als Credidorem gerichtet/ dergestalt übergeben/ daß sie ihme 40 fl. auf eine gewisse Zeit verborgen/ und dargegen solche Verschreibung unterpfändl. versehen sollte/ Sempronix aber hat hierauff bey der Cornelia 90 fl. erborget/ und dem Titio mehr nicht/ als die begehrten 40 fl. überbracht/ das übrige aber vor sich behalten/ welches so wohl Titio als Corne-*





nelia unwissend gewesen. Nach diesen ist Sempronia weggekommen/ dahero nunmehr Cornelia die 90 fl. von Titio vor voll fordert/ und bezahlet seyn will. Ob nun wohl Titius vorwendet/ daß Er der Semproniam mehr nicht als 40 fl. zuerborgen anbefohlen/ und empfangen/ dieweil er aber dennoch die Semproniam, derer Gelegenheit und Zustand es sich zuvörderst zuerkundigen ihn obgelegen/ abgeschickt/ und dahero Ursache gegeben/ daß die Cornelia derselben getrauet/ auch in keiner Abrede nunmehr ist/ daß die Sempronia 90. fl. aufgenommen; so ist Titius der Cornelia die 90 fl. völlig wieder zu bezahlen schuldig. B. R. W. Interim mandans non impeditur ex dolo proxenetam convenire, l. 2. ff. de proxenet. ad hoc, ut respondeat de excessu mandati, restituatque omne illud, quod inde accepit. §. 8. ff. mandat. Dn. Brunn. ad d. l. 2. Cz. dict. Decis. 130. n. 10. & seqq. Hinc prioris responso sequentia adjecta reperiuntur: Es ist ihm aber dem Titio der übrigen 50 fl. halber an der Sempronia sich wieder zuerholen unbenommen. B. R. W.

#### Th. IV.

Proxenetæ vicissim ad varia obstringitur, quanquam Proxenetæ enim proxenetæ regulariter non teneantur, nec obli-regulariter gentur, licet negotium exoptatum finem non attigerit. non obstringuntur. l. 2. ff. de proxen. arg. l. 10. §. 7. ff. mandat. nam eo animo hoc factum non præsumitur, cum quasi consilium videatur, quod obligatorium haud est, §. 6. ff. mandat. quia cuique liberum fuit apud se explorare, an expediat sibi consilium, l. 2. §. f. ff. mandat. & d. §. 6. l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. nec movet in contrarium, quod honorarium acceperint, & utilitas aliqua ad eos pervenerit, in quibus negotiis ad culpæ levis præstationem eos teneri Dd. communiter statuunt; arg. l. 5. §. 2. ff. commodat. sed ad hoc reponendum, quod ex ipso negotio nihil ad eos accedat, sed tantum ob ministerium in negotio tractando & perficiendo adhibitum, Just. Meier in d. t. de proxenet. th. XI. n. 3. Nec nuptiarum conciliatores o-

C

mul-



bligantur, multo minus obligantur nuptiarum conciliatores, si licet virginem, quam sibi matrimonio jungi alter desideravit, formosam, bonam, juvenem, divitem nobilemque esse, quamvis falso laudaverit, arg. l. 19. pr. ff. de edilit. Edict. sibi enim imputare debet, qui ejusmodi hominibus fidem adhibet, quos scire debebat, callidis machinationibus atque consiliis cuncta affirmare & laudare. Just. Meier. d. l. tb. XI.

Th. V.

Obstringuntur tamen proxenetae ex dolo malo, & lata culpa.

Verum hæc ita limitanda sunt, si proxeneta dolo malo aut calliditate, vel culpa lata negotiantes ad contrahendum induxerit, l. 2. ff. de proxenet. puta, si sciret, foeminam esse infectam, aut corruptam, quam tamen profana & virgine obtrudit, & laudavit, licet enim conjugium postea consumatum non rescindatur, tamen ex dolo vel lata culpa obstringitur proxeneta, si manifesta fraude usus sit. l. 2. ff. de proxenet. Covarruv. de matrim. P. 2. Cap. 3. §. 7. n. 5. Anton. Perez. ad tit. C. de sponsal. n. 21. Idem est, si quem facultatibus lapsum, idoneum esse affirmaverit, vel alio modo in negotiis sibi commissis, fraudulenter versatus fuerit, Meier d. l. tb. 12. quo ipso non dubitandum, quin obstringatur ex Lege Cornelia de fals. l. 1. §. 4. ff. ad L. Corn. de fals. l. 23. C. eod. nam hi omnibus inductionibus, superinductionibus, aliaque suspicione carere debent. Straccha de mercat. P. 2. n. 63. & de Proxenet. P. 3. n. 40. Hinc obligantur, si fraudulenta consilia mercatoribus, jam decoctoribus in perniciem creditorum dent, ut in eorum fraudem rationes corrumpant, adulterent, turbent, aut intricent, arg. l. 1. §. f. de serv. corrupt. l. 21. ff. de pecul. l. 3. §. 1. ff. de eo per quem fact. est, quo min. in jud. sist. l. 4. §. 2. ff. de noxal. action. Hinc proxeneta in dolo esse praesumitur, si nomen inidoneum pro idoneo laudavit, & insimul philanthropum accepit, d. l. Similiter affirmans ali-



aliquid pro firmo, quod infirmum reperitur, quia facilis esse non debuit ad temerariam assertionem seu indicationem, Benevenut. Stracch. *de proxen.* P. 3. n. 14. ideoque pararios non tantum teneri ad accepta restituenda, sed & quod actoris interest, eum deceptum non esse, Stracch. P. 3. n. 31. & seqq. Quid verò si plures proxenetae intervenerint in negotio contrahendo, & dolose egerint? Tunc adversus singulos in solidum agi potest, sed altero convento, si satisfecerit, in alterum actiones cessant, l. 3. in pr. ff. si mens. fals. mod. dix. l. 10. C. de procurat. egerint, Stracch. P. 3. n. 25. tendit enim hocce ad interesse privatum, quod multiplicari non solet, nec debet; secus esset, quando ad poenam procedimus, de qua in thesi proxima.

*Si plures proxenetae in contrahendo negotio dolose quis conveniendus.*

#### Th. VI.

Similiter obligantur pararii ex negotiis illicitis, si forte intercesserint. *Novell.* 134. c. 10. l. 37. §. 1. ff. de minor. Tunc enim ut criminum auctores obligantur, poenisque debitis involvuntur, l. 7. ff. ad L. Pompej. de parricid. l. un. vers. poenas C. de rapt. virg. l. 50. §. 1. & seqq. ff. de furt. quamvis enim invicem non obligentur, §. 7. f. mandat. poenas tamen legibus determinatas non immerito luunt, Meier d. l. th. 13. & unius praestatio ceteros non liberat, quia unusquisque puniri & integram poenam solvere debet. arg. l. 3. §. 11. ff. de furt.

*Ut & ex negotiis illicitis.*

#### Th. VII.

Circa effectus quoque praetereunda non est quaestio, num proxeneta in negotiis componendis testis idoneus esse possit? pro hac decidenda, videndum, an proxeneta adhibitus fuerit in negotiis licitis an in illicitis, in illis iterum animadvertendum, an sint jurati & approbati à magistratu, an verò spontè ad hoc munus subeundum accesserint. Priori casu omninò validum est eorum testimonium. Just. Meier ad tit. ff. de proxenet. th. 17. Posteriori ca-

*Questio, Num proxeneta in negotiis à se componendis testes idonei esse possint? In licitis disustringitur.*



*subdistinguitur.*

*Limitatur primò.*

*Secundò.*

*Tertiò.*

*In illicitis regulariter repelluntur.*

*Limitatur*

*Primò.*

*Secundò.*

*Tertiò.*

si subdistinguitur, an consentientibus partibus ad testimonium dicendum vocati sint, an verò minus; si uterque consentiat contrahentium, inviti ad testimonium perhibendum compelli possunt; *Novell. 90. cap. 8.* si verò partes dissentiant, iterum animadvertendum, an ab utraque parte rejiciatur proxeneta, an ab altera parte tantum; si prius, planè non admittitur, *dict. Nov. 90. cap. 8.* si verò ab uno saltem producat, dissentiente altera parte, ob præsumptionem & spem lucri à testimonio repellitur, & non est testis omni exceptione major, quod in tantum verum est, licet mediator sit sine salario. *Card. Tusch. in Conclus. pract. Tom. 6. Conclus. 954. vers. proxeneta. Dn. B. Joh. Brunn. ad Wesenb. tit. ff. de proxen. quest. 3.* Quod tamen limitatur (1) si ab initio non contradicente adversario, testimonium dixerit, meritò nunc ab altera parte rectè quoq; ille producit. (2) si ad probationem matrimonii vocentur, ibi enim affectionis nulla habenda est ratio, cum & parentum testimonium hoc casu non rejiciatur. *cap. 22. X. de testib. Wesenb. in paratit. ff. de proxenet. n. 1.* (3) in rebus perfectionem aut explicationem negotii non concernentibus, ibi enim præsumptio obcessans commodum cessare dicitur. *Meier d. l. n. 1. seqq.* Sin verò in negotiis illicitis producantur proxenetæ, illi regulariter à testimonio repelluntur, præsertim si philanthropum expectent, *arg. l. 10. ff. & C. de testib.* habentur enim pro sociis criminum, *l. 11. C. de testib.* & videntur magis ad utilitatem & commodum suum respicere, quàm veritatis testimonium edere. *Meier d. l. nisi* (1) in crimine Simoniaë producantur, quando sc. non criminaliter sed civiliter agatur, nec ullum commodum expectent. *cap. 1. de testib. in 6to.* (2) in contractibus usurariis ob odium fœneratorum, & (3) in crimine hæreseos. *Meier dict. loc. in fin.*

Th. VIII.



Th. VIII.

Supereſt de obligatione tertii, ſi ſc. proxeneta ad  
 instantiam alicujus cum eodem contraxerit, & non du- *An oblige-*  
 bitandum, quin ille per proxenetam alteri obligetur, *tur tertius?*  
 dummodo proxenata dicat, ſe eſſe negotii cauſa ab ali- *& quando?*  
 quo ablegatum, quantumvis nomen ipſius ab initio non  
 exprimatur, Juſt. Meier *ad tit. ff. de proxenet. §. 18.* ut ſic ma-  
 gis ablegans contraxiſſe per alium videatur, *cap. 60. de R. J.*  
*in 6to.* (aliàs enim, ſi ſuo nomine pararius cum tertio con-  
 trahit, non aliter mandans tertium convenire poteſt, niſi  
 ceſſis à proxeneta actionibus. *arg. eorum quæ habet Hahn.*  
*ad tit. ff. de inſtit. action. §. ſi inſtitutor in fin.*) Quemadmo-  
 dum verò qui proxenetam miſit, tertio obligatur, ita quo-  
 que hic tertius, ex geſtis cum proxeneta, mittenti ſeſe  
 obſtringit, unde rectè inferimus, ſi e. gr. proxeneta pro  
 conciliandis nuptiis ad parentes miſſus, reſponſum ab  
 his tulit non negativum, hi non poſſunt poſtea revocare  
 conſenſum, quia quod ſemel placuit, amplius diſplicere  
 non debet. David Mevius *in Decif. P. 9. Dec. 198. & ſeq.*

Th. IX.

Hucusque de promiſſo philanthropo dicta ſuffici- *alius ſoluti.*  
 ant, reſtat effectus ejusdem ſoluti, hoc ergò ſi per tradi-  
 tionem in proxenetam translatum ſit, & tradens fuerit  
 dominus, procul dubio transfertur in accipientem ejus  
 dominium, §. 40. *J. de R. D. l. 9. §. 30. l. 31. ff. de acq. rer. dom. de*  
*l. 20. C. de pact.* Joh. Schneid. *add. §. 40. J. de R. D.* modò tradens  
 habeat voluntatem liberamque bonorum adminiſtra-  
 tionem, *l. 9. ff. de auct. tutor. l. 6 ff. de V. O.* ſi tamen tradens  
 dominus haud fuerit, non quidem dominium acquiri-  
 tur, cum nemo plus juris in alterum transferre poſſit,  
 quam ipſe habeat, *d. §. 40.* actus tamen propterea non ſta-  
 tim nullus eſt, ſed accipiens conſtituitur in conditione  
 uſucapiendi, *l. 46. ff. de uſurpat. & uſucap.* modò reliqua  
 C 3 uſuca-



Quid si pro-  
xeneta sit  
filius fam.?

usucapionis reſequiſita concurrant. Si verò proxeneta  
ſit filius familias, & hac occasione philanthropum ad  
eum adveniat, hoc acquiritur patri, quoad uſumfru-  
ctum, filio verò, quo ad proprietatem. §. 1. 7. per quas perf.  
cuique acquir. l. 6. pr. C. d. bon. qua liber.

Th. X.

Actio ex  
proxeneti-  
cis compe-  
tens eſt va-  
rii generis.

Actio man-  
dati.

Nunc ſe ſiſtit ipſa actio ex proxeneticis competens,  
quæ iterum ex præmiſſis non eſt unius generis, & pro-  
bè reſpiciendum tam ad perſonas, quam ad actionum  
genus. Promittens enim agit vel ad implendum ne-  
gotium, vel ad reſtituendum illud, quod dedit. Priori  
caſu poteſt eſſe actio ex mandato, quæ eſt perſonalis,  
bonæ fidei, rei perſecutoria, quæ datur committendi  
adverſus proxenetam, l. 12. §. 49. ff. de O. & A. ad hoc ut  
adimpleat negotium, aut intereſſe præſtet, l. 5. §. 1. l. 6. §.  
1. l. 8. §. 6. l. 27. §. 2. ff. l. 16. C. Mandat. & ad reſtituendum o-  
mne illud, quod ratione negotii accepit. l. 10. §. 2. l. 20. pr. ff.  
eod. v. g. P. P. Pamphilus erſcheinet / und ſaget zu An-  
bringung ſeiner Klage fürzhl. / welcher geſtalt er Mevio  
einen alhieſigen Mäcker aufgetragen / gegen ein Quart  
pro Cent. ihm einen Wechſel auf 10000 Thal. nach Am-  
ſterdam zu verſchaffen. Ob nun wohl Befl. ſolches aus-  
zurichten über ſich genommen / ſo iſt er doch dieſen nicht  
nach kommen / wann aber Kln. hieran merckl. gelegen /  
als iſt er wieder denſelben gegenwärtige Klage zu erhe-  
ben veranlaſſet / fordert hierauf von Befl. Antwort / und  
nach deren Erfolg bittet Er zu erkennen / daß Befl. Kln.  
den libellirten Wechſel nach Amſterdam zu verſchaffen /  
auch alle dißfalls verurſachte Schäden und Unkoſten zu  
erſtatten ſchuldig. De ſuper Nobiliſſimum Judicis offi-  
cium humillimè implorando.

Th.



Th. XI.

Quid verò, si pararius accepit quidem philanthropum, sed negotium ad finem non perduxit, nec amplius illud peragere valet? quo casu dubium non est, quod committens repetat, quod dedit, & quidē actione personalis, seu conditione causa data, causa non secuta, ex quasi contractu proveniente, Lauterb. ad tit. ff. de condict. caus. dat. quā id, quod ob negotium futurum in proxenetam translatum est, negotio non secuto, sine tamen usuris, repetitur, l. 1. §. 1. l. 7. §. 1. ff. de condict. caus. dat. l. 52. ff. de condict. indeb. quod maximè procedit, si propter nuptias hoc datum reperiatur, matrimonium verò secutum haud fuerit. arg. l. 6. l. pen. ff. l. 1. C. dict. tit. ubi Lauterb. v. ob causam. v. g. P P. Sempronius erschienet/und saget klagend fürkl. welcher gestalt Mevia 50 Ducaten von ihm empfangen / und dargegen versprochen / Unterhändlerin zuseyn / daß Julia ihn heyrathen sollte. Nach dem aber Befl. daselbe nicht leisten mögen / indem Julia sich nunmehr an Hermogenianum versprochen / gleichwohl Sie die 50 Ducaten behalten / und nicht wiedergeben will ; Als ist er zu klagen veranlaßet / fordert auch von Befl. richtige Antwort / und nach deren Erfolg bittet Er zu erkennen / daß Befl. die libellirten 50 Ducaten nebst den Interesse moræ und allen verursachten Schäden und Unkosten Kln. zu erstatten schuldig.

Th. XII.

Potest & proxeneta, si callidè & dolosè in negotiis versatus fuerit, actione de dolo conveniri, l. 2. ff. de proxenet. quæ est personalis, prætoriana, arbitraria, famosa, subsidiaria, l. 14. l. 17. l. 18. l. 1. §. 1. l. 4. ff. de dol. mal. quæ datur deceptis, contra pararios decipientes, ad damni dati

Quid si proxeneta, accepto jam philanthropo, negotium peragere non valeat, qualis actio competit committenti? resp. Actio personalis seu condictio caus. dat. &c.





quando in-  
stituenda?

dati restitutionem, *dd. ll. jung. l. 1. l. 13. ff. de dol. mal. modò læsio sit enormis, l. 7. 9. 10. ff. dict. tit. unde actor exprimere debet, in quo læsus est, l. 16. ff. eod. & intra biennium hæc actio instituatur, l. f. C. de dol. mal. litis contestatione tamen hæc perpetuatur. d. l. f. Verùm actio in factum, quæ subsidiaria & non famosa est, perpetuò datur, contrà eos, qui dolum commiserunt, etiam contrà eorum hæredes. l. 28. § 29. ff. de dol. mal. ubi Georg Adam Struv. *Exercit. 8. thes. 41.**

Th. XIII.

Quid si cum effectu versatus fuerit proxeneta, qualis actio ipsi datur? respond. distinguendo.

Sed si proxeneta in negotiis conciliandis cum effectu versatus fuerit, eum philanthropum promissum omninò exigere posse, *l. 1. § 2. ff. de proxen.* docet, quæ autem actio ipsi datur? in præsentì inquirendum; & hæc quæstio cum distinctione decidenda venit, aut enim promissum est à partibus, aut non. Priori casu iterum videndum, an stipulatione, an verò ex libera voluntate alterius pollicitatione vel pacto sit promissum; si stipulatio intercessit, dispiciendum, an certum, an incertum in stipulationem sit deductum; illo casu condictio certi, hoc casu verò actio ex stipulatu competit ad petendum proxeneticum, *pr. 7. de V. O. l. 24. ff. de reb. credit.* Magnif. Dn. Schwend. ad Eckolt. *ad tit. ff. de proxenet. §. 1. v. prætoria*, pacto verò intercedente, agitur præscriptis verbis. Dn. Schwend. *d. l.* Nam hoc loco non est nuda conventio, ut quis dicat, ex pacto non oriri actionem, *l. 13. C. de pact. l. 7. §. 5. ff. eod.* sed habet in se aliquod negotium civile, ex quo actio oriri potest, quæ ex contractu innominato, & quidem facio ut des resultat, *l. 15. ff. de præsc. verb.* nulla verò à partibus præcedende certa determinatione, promissum honorarium extra ordinem petitur, *l. 1. § f. ff. de proxenet.* quod etiam locum habet, si nulla promissio intercessit, conditio tamen proxenetæ sua-



suadet, ut ipsi aliquid pendatur, *dd. 11.* quod maxime in locis, ubi mercatura viget, obtinet, ibi enim in emptionibus & venditionibus, aut cambiis, pro centum aut mille, certum honorarium, quod constitutum est, peti solet. Just. Meier *ad tit. ff. de proxenet. thes. 15. in fin.* Extra hunc casum, quantum peti possit, arbitrio iudicis relinquitur, qui quantitatem juxta modum negotii & operulæ quâ functi sunt, æstimabit, *l. 3. ff. de proxenet.* præcipue si proxeneta sordide & ultra modum aliquod philanthropum petit, Judex merito ex negotii naturâ, pro labore, modum constituit, ne pars nimium lædatur, quemadmodum hodiè Advocatorum labores etiam in judiciis solent moderari; Dn. Brunn. *ad l. f. ff. de proxenet:* in nuptiis verò certus est salarii modus constitutus, *l. f. C. de sponsal.* quamvis enim melius sit, hac vice à conciliatoribus nihil accipi, si verò promissum quid sit, permittitur quidem exigere, modò non excessivè fiat. Cujac. *in observat. Lib. XI. cap. 18.* Hinc actio pro philanthropo consequendo est personalis, quæ datur proxenetæ, adversus eos, qui hoc promiserunt, ad consequendum id, quod promissum, aut quod bonum, aut æquum est. *l. 3. ff. de proxenet. l. 1. §. 10. ff. de extraord. cognit.* Exempli loco potest formari Libellus:

*Actionis pro consequendo philanthropo definitio.*

PP. Sempronius saget zu Anbringung seiner Klage fürhl. / welchergestalt Javolenus Kl. zu unterschiedenen mahlen schriftl. und mündl. angelegen / ihm zu einer profitablen Heyrath zuverhelffen / darvor er ihm nicht nur 100. Reichsthal. sondern auch noch ein Ehren-Kleid zugeben versprochen. Ob nun wohl Klr. sich hierauff an Meviam Caji hinterlassene Wittbe / so ein ziemliches Vermögen hat / geworffen / und Befl. bey derselben recommendiret / auch Zutritt verschaffet / so wohl mit seiner interposition zuwege gebracht / daß Beklagter gedachte

D

dachte



dachte Bitte gehyrathet / so hat doch hernach derselbe  
seinen Versprechen / alles güttlichen Erinnerns unge-  
achtet / nicht nach kommen wollen / dannhero er zu  
Klagen bewogen worden / fordert demnach vor Beklagt.  
Antwort / und nach deren Erfolg bittet er zuerkennen /  
daß er die libellirten 100. Thaler sammt den Ehren-Klei-  
de / zu bezahlen / auch die verursachten Schäden und  
Unkosten Klägern zuerstatten schuldig / gestalt er denn  
das mildrichterliche Amt pro largajuris & justitiæ admi-  
nistracione hierüber / oder was sonst gebethen werden  
sollen / dienstschuldigst imploriret.

Salvo jure quocunque.

Th. XIV.

*Secut à philan-  
thropi tradi-  
tione proxene-  
ta dominium  
acquirat.*

*Quid vero si  
tertius philan-  
thropum pos-  
sedeat?*

*Definitio Rei  
Vindicacionis.*

*Definitio Pu-  
bliciane in  
rem actionis.*

Postquam autem traditio philanthropi intercessit,  
dictum est *Thef. 9.* quod inde proxenetæ acquiratur do-  
minium, vel usucapiendi conditio, hinc certum est, quod  
si tertius possideat, proxenetæ competere actionem rea-  
lem & quidem vel ex vero dominio, Rei vindicationem,  
vel ex ficto, Publicianam in rem actionem. Est autem  
Rei vindicatio, actio realis, civilis, arbitraria, quæ datur do-  
mino, *l. 13. pr. ff. l. 15. C. de rei vindicat. contra possessorem,*  
*l. 36. pr. l. f. ff. eod.* ad hoc, ut pro domino declaretur, & res  
cum accessione & fructibus restituatur. *§. 2. f. de offic. ju-  
dic. l. 10. & seqq. ff. de Rei vindicat. l. auterb. ad tit. ff. de rei  
vind.* Publiciana verò est actio realis, Prætoriana, arbitraria,  
*§. 4. f. de action. l. 7. §. 6. ff. de public. in rem action.* quæ datur  
ei, qui b. f. ex titulo ad acquirendum dominium habili  
antea possedit, *d. §. 4. l. 3. §. 1. l. 4. & seqq. ff. de publ. in rem  
action.* nunc autem rem ante usucapionem completam  
amisit, *d. §. 4.* contra detentorem, qui debilius jus in re il-  
la habet, *dd. II.* ad hoc, ut res cum fructibus restituatur, ac  
si res usucapta fuisset. *d. §. 4. l. 1. f. ff. de publ. in rem act.* Qui-  
bus



bus addendum, quod m. f. superveniens non impediatur <sup>An m. f. superveniens impediatur Publiciana nam actio- nem.</sup> hanc actionem, l. 7. §. 12. & 14. ff. de public. in rem action. l. 48. §. ff. de A. R. D. quod nec Jure Canon. nec moribus nostris est mutatum. Lauterb. ad dict. tit. ff. de publician. in rem action. vers. causa efficiens num. 3. in f. Nec obstat capit. fin. X. de prescript. ubi b. f. in usucapione semper requiritur, respondeo enim, loqui ibidem textum non de hac nostra publiciana actione, sed de usucapione, correctoria verò extendenda non sunt ad casum non expressum, arg. l. 1. §. 20. ff. de exercit. action. nam Publiciana non adeò odiosa, uti usucapio, nihil enim domino auferit, sed contra eum tantum competit, qui minus juris habet, quam actor. l. f. ff. de publ. in rem action. ubi Eck. §. 1. n. 3.

### Th. XV.

Ad effectum quoque pertinet pœna conciliatoribus ob negotium illicitum imponenda, si enim hi ministri extiterint promovendi adulterii aut stupri, <sup>Quid porrò ad effectum pertinet?</sup> Novell. 134. cap. 10. in pr. l. 37. §. 1. ff. de minor. parricidii, l. 7. ff. ad L. Pompej. de parricid. aliorumque delictorum tam publicorum, quam privatorum, dubitandum nullatenus, quin omnes æque ac criminum auctores obligentur, pœnasque legibus ordinatas incurrant. Just. Meier de proxenet. thes. 13. Hinc puniuntur quoque ii, qui mediatores sacerdotiorum extiterunt, non enim tantum ipsi Pseudo-sacerdotes, qui sine legitima vocatione ovile Domini ingrediuntur, sed & mediatores & proxenetæ puniuntur, cap. si quis Episcopus caus. 1. quest. 1. Jacob Menoch. de arbitr. judic. quest. Lib. 2. cas. 411. quæ pœna, sicuti in Simonia <sup>Pœna in Simonia quotu- plicis generis.</sup> est varii generis, cap. fin. caus. 1. qu. 3. & tot. tit. X. de Simon. ubi Sacerdos privatur non solum gradu Ecclesiastico, communicatur & banno Ecclesiæ, ac infamia notatur, sed & arbitrariè coërcetur, vid. Excell. Dn. Frid. Philippi Pa-



Patronus meus Hospes ac Doctor ætatem colendus in Synops. sua Inst. Justin. Lib. 4. tit. fin. p. m. 329. ita & proxeneta hac vice pœnam arbitrariam haud effugiet, de qua supra thes. 6. cap. 3. videre licet.

CAP. VI.

De Contrariis & Affinibus.

Th. I.

Philanthropi  
contraria.

Questio,  
quando phi-  
lanthropum  
cesset?  
Distinguitur.

Ejus affinia.

An merces  
in locatione  
hic pro affini  
Philanthropi  
possit consi-  
derari?

Nunc tandem consideranda veniunt contraria & affinia. Contrariatur autem philanthropo, si nihil promissum, nec natura negotii aliquid exigere permittit, prout supra in thes. 6. cap. 3. dictum est; similiter, si negotium ad effectum non deducitur, aut dolo egerit proxeneta, vid supra thes. 5. & 7. cap. 5. sicut quoque, si imperitè & negligenter officium præstitum peregerit, vel eidem tempestivè renunciaverit, nec partium interfit, officium semel susceptum ad finem perducit. l. 22. §. f. ff. mandat. l. 27. §. 2. ff. eod. Num autem morte proxeneta- rum vel partium, petitio philanthropi cesset, adhuc investigandum restat; & res distinctione decidenda venit, aut enim conciliatio ipsius negotii in arbitrium pararii simul posita est, aut verò utriusque partium consensui contractus reservatus. Illo casu, morte pararii omninò expirat totum negotium arg. l. 4. ff. locat. nec proxeneticum heredes ejus exigere valebunt, si ille ad effectum non deduxit negotium, Wesenb. in paratit. ff. de procurat. n. 11. hoc casu, si unus contra- hentium ante perfectum contractum moriatur, cessat quoque philanthropi ex- actio, cum dissolvatur negotium, arg. §. 10. Instit. mandat. utilitatis tamen cau- sa receptum est, si eo mortuo, proxeneta ignoraverit, mandantem decessisse, & ita executus fuerit negotium, tunc posse proxenetam contra heredes mandan- tis agere, ne justa ignorantia ipsi noceat. d. §. 10.

Th. II.

Ultima linea tangit philanthropi affinia, Habet autem cum eo maximam pro- pinquitatem (1.) Honorarium Advocatorum, eorumque, qui propter artis ex- cellentiam aliquid exigere solent. arg. l. 1. pen. ff. si mens. fals. mod. dix. (2.) Ho- norarium in mandato l. 6. pr. ff. mandat. licet enim merces in eo constitui ne- queat, §. f. 7. l. 1. §. f. ff. mandat. honorarium tamen non impedit, quo minus contractus dicatur gratuitus. d. l. 6. l. 1. §. 4. ff. mandat. (3.) Salarium Medico- rum, seu soltrum, quod iis pro operibus penditur, l. 6. l. 9. C. de profess. & medic. & quamvis (4.) Merces in locatione hic possit considerari pro affini, maximè ta- men differt ab eodem, cum ibidem certa opera est præstanda, æstimari solida, quod hic deficit; qui enim philanthropi nomine aliquid accepit, nec ex locato conducto erit obligatus. l. 2. ff. de proxenet. Et hæc sunt L. B. quæ hac vice bre- vitatis studio de philanthropo ventilare placuere, plura addere non lubet, inte- rim hæcce leviter serena fronte aspicias, dexterèquè, de iis iudices, est quod obnixè rogo.

SOLI DEO GLORIA.



02 H 577

**ULB Halle** 3  
003 104 621



17 80,









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

35

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,  
De  
**PHILANTHROPO,**

vulgò  
von  
**Mäcker-Belde /**

Quam  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
MARCHIONE BRANDENBURGICO, ET ELE-  
CTORATVS HEREDE, AC RELIQA.

EX DECRETO ET AUTORITATE INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ,  
PRAESIDE

**DN. HENRICO BODINO,**  
SERENISS. ET POTENTISS. ELECT. BRANDENB.  
CONSIL. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS  
ORD. p. t. PRO-RECTORE MAGNIFICO, ET FACULT. JURID. DECANO.

*PATRONO AC PROMOTORE SUO DEVENERANDO.*

**PRO LICENTIA**  
Summos in Jure honores & Privilegia  
consequendi.

d. Octobr. MDCXCIX. horis ante & pomeridianis.

*Publica Eruditorum disquisitioni submittit*

**JOHANN. FRIDERIC. Meyer /**  
Dresdensis.

Halæ Magdeburgicæ, Typis Christiani Henckelii, Acad. Typ.

